

huic, et dixi: Semper hi errant corde: ipsi
veró non cognovérunt vias meas, quibus
jurávi in irâ meâ, si introibunt in réquiem
meam.

Ave, Mariá, grátiâ plena: Dóminus tecum.

Glória Patri, et Filio, et Spirítui Sancto,
sicut erat in principio, et nunc, et semper, et
in sæcula sæculórum. Amen.

Dóminus tecum.

Ave, Mariá, grátiâ plena: Dóminus tecum

Hymnus.

Quem terra, pontus, sídera
Colunt, adórant, prædicant,
Trinam regéntem máchinam,
Cláustrum Mariæ bájulat
Cui luna, sol et ómnia
Desérviunt per témpora,
Perfúsa cœli grátiâ,
Gestant puéllæ viscera.
Beáta Mater múnere,
Cujus supérnus Artifex,
Mundum pugillo cóntinens,
Ventris sub arcá clausus est.